

136 Datis iisdem; datur T. Nempe per pr. 134, habetur A; adeoq; T per pr. 87.

137 Datis iisdem, datur Z. Nempe per præced. habetur T; adeoq; Z per pr. 47.

138 Datis $\frac{V}{A}$, R, Z, datur A. Nam per pr. 18. habetur T; adeoque A per pr. 62.

139 Datis iisdem; datur V. Nempe T ut in præced. & V per pr. 63.

140 Datis iisdem, datur S. nempe A & V per duas præcedentes. adeoq; S per pr. 72.

141 Datis $\frac{V}{A}$, R, S; datur A. Nam per pr. 18. habetur T. adeoque A per pr. 89.

142 Datis iisdem; datur V. Nempe T ut in præced. & V per pr. 93.

143 Datis iisdem; datur Z. Nempe T ut prius, & A, V, per duas præcedentes; & tandem Z per pr. 47.

144 Datis $\frac{V}{A}$, T, Z, datur A. Nam habetur R per pr. 17. & V per pr. 49. adeoq; A per pr. 54.

145 Datis iisdem; datur V. nempe VA ut in præced. adeoq; V per pr. 55.

146 Datis iisdem; datur S. Nempe inventis R per pr. 17. & A, V, per duas præcedentes; habetur S per pr. 72.

147 Datis $\frac{V}{A}$, T, S; datur A. Nempe habetur R per pr. 17; adeoq; A per pr. 89.

148 Datis iisdem; datur V. Nempe R ut prius; & V per pr. 93.

149 Datis iisdem; datur Z. Nempe inventis A, V, per duas præcedentes, habetur Z per pr. 47.

150 Datis R, T, Z; datur S. Nempe A per pr. 62. adeoq; S per pr. 86.

151 Datis R, T, S; datur Z. Nempe A & V per pr. 89 & 93, adeoq; Z per pr. 47.

Atque hactenus Progressionem Geometricam fusius explicavimus; & Problemata, pleraq; saltem, eo spectantia expeditivimus. Libet autem sequente capite (quod de Progressione Arithmetica supra factum est cap: XXVIII.) in breviorē synopsin, quæ jam tradidimus, præcipua problemata compingere.